



Transcripción y traducción

1472, noviembre, 30. Barcelona.

Pragmática de Juan II de Aragón mandando conservar los registros de la Cancillería de sus antagonistas en el principado de Cataluña durante la guerra civil.

ACA, CANCELLERÍA, Pergaminos, Juan II, Serie general, 201

ACA, CANCELLERÍA, Registros, NÚM. 3416, fol. 5r-v

Pragmatica regis Ioannis secundi manu Petri Michaelis Carbonelli regii archivarii scripta, in qua improbantur omnia instrumenta per illos qui vivente rege ipso Iohanne in principatu Catalonie tyrannice prevalebant.

Nos Ioannes, Dei gratia rex Aragonum, Navarrae, Siciliae, Valentiae, Maioricarum, Sardiniae et Corsicae, comes Barcinonae, dux Athenarum et Neopatriae, ac etiam comes Rossilionis et Ceritaniae. Fuerunt nonnulli ex nostris qui hos libros in minutissimas particulas conscindendos vindicibusque flammis tradendos suaderent, propterea quod continent iudicia, donationes, deliberationes, edicta et acta nostrorum hostium qui hanc urbem civili dissentione turbatam interea dum haec gesta sunt sub tyrannide tenuerunt. Putabant enim tam iniqua rerum exempla de medio tolli debere quum^{a)} ut eorum actis felici nostro reditu rescissis, ipsi etiam ex hominum memoria summoventur, tum ut^{b)} tam claris notis posteritati^{c)} compertum non foret^{d)} repertam fuisse unquam facilem viam ad aliena bona regnaque invadendum exterorumve quempiam ullis annis avito nostro solio foeliciter insedissee. Nos autem, etsi quibusdam satis aequa et probabilis horum ratio visa est, tamen non multum nostra interesse existimavimus quod supprimantur huiusmodi monumenta, immo vero longe magis praestare quod extant. Nam si ea percurrerint, iniustis inimicorum coeptis infoelices rerum eventus divinitus datos deprehendent nec alium alio adversum, nos fortunatum magis extitisse offendent. Neque vero nos iccirco aut eos aut eorum acta probasse videbimur quod ipsorum libros non iusserimus penitus aboleri, sed recte et consulto fecisse probabimur quod voluerimus, servatis et iuxta positis exemplis, legitima principum imperia ab iniusto tyrannorum dominatu quemadmodum diversorum colorum oppositione dignosci. Summorum quoque pontificum auctoritatem imitari maluimus, qui gentilitatis auctores quod genus sunt exleges et lascivi poetae falsarum religionum assertores ferro aut ignibus delendos non censuerunt^{e)}, verum et servari et in omnium manibus late versari permiserunt, partim ut sibi ipsis saepe minus constantes, partim ut plerunque veritatis adversarii repererentur, partim etiam quo suis rationibus sicut armis ut plurimum ipsi a nostris revincerentur. Accedit ad haec quod ex talibus registis nostri heredes et populi forte aliqua testimonia suis causis non incommoda tamquam ab historia poterunt aucupari, nec ullus liber est usqueadeo malus qui aliquando ad quicquam utilitatis non conducat. His igitur rationibus hos rerum gestarum libros omnino servari et superstites fore debere decernimus^{f)}. Sed perinde ac spurios uti ab ingenuorum grege separari, ac velut illiberales



reosque inhonesta et pulla toga denigratos Θ que^{g)} graeca et funesta littera capitis damnatorum more signatos per ordinem successoribus tradi iubemus. Quicumque quotiens et quando eos evolverint^{h)}, nostro nostrorumque heredum, habito prius consensu et praefecto archivi praesente fas esto. Sed antequam legerint eos illegitimos, improbos, illiberales et damnatos sciunto, pro illegitimis, improbis, illiberalibus damnatisque habento, si suo regi parere, si fidem quam debent integre intemerateque servare, si denique iram nostram et meritum supplicium optaverint evitare. In quorum fidem has fieri nostroque idiographo et sigillo muniri iussimus. Datum Barcinonae, tricesimo die novembris, anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, regnique nostri Navarrae anno quadragesimo septimo, aliorum vero regnorum nostrorum quintodecimo. Rex Ioannes.

a) quum] cum *reg.*

b) ut] et *reg.*

c) posteritati] posterioritati *reg.*

d) foret] fore *reg.*

e) censuerunt] censerunt *reg.*

f) decernimus] decrevimus *reg.*

g) que] quod *reg.*

h) evolverint] voluerint *reg.*



Pragmática del rey Juan segundo escrita de mano de Pere Miquel Carbonell, archivero real, en la que se condenan todos los documentos de los que dominaron tiránicamente en el principado de Cataluña en vida de dicho rey.

Nos, Juan, por la gracia de Dios rey de Aragón, Navarra, Sicilia, Valencia, Mallorca, Cerdeña y Córcega, conde de Barcelona, duque de Atenas y Neopatria, y conde de Rosellón y Cerdaña. No hubo pocos de los nuestros que nos recomendaran reducir a minúsculos pedazos estos libros y entregarlos a las llamas vengadoras, por contener juicios, donaciones, deliberaciones, edictos y decretos de nuestros enemigos, que mientras bajo su tiranía los otorgaban tuvieron esta ciudad perturbada por la guerra civil. Pensaban, en efecto, que se debían extirpar tan desgraciados ejemplos para que, quedando ya sus actos abolidos con nuestro feliz retorno, fueran además arrancados de la memoria de los hombres, de modo que no fuera patente a la posteridad de tan clara manera y quedara al descubierto un fácil camino para invadir bienes y reinos ajenos, ni nadie extraño pudiera ocupar nunca con éxito nuestro viejo trono. Aunque el argumento de estos les parezca a algunos bastante justo y recomendable, sin embargo, Nos no consideramos que sea de nuestro interés que se supriman tales testimonios, por el contrario, nos parece mucho más beneficioso que pervivan. Pues si los leen, descubrirán que el funesto desenlace de las iniquidades iniciadas por los enemigos ha acaecido por voluntad divina y no por oposición entre iguales, y hallarán que Nos hemos sido más afortunado. Por esta razón no consideramos que ellos o sus actos justifiquen que mandemos abolir totalmente estos libros, sino que justificamos que se haga justa y reflexivamente nuestra voluntad, y que al guardar y colocar juntos sus ejemplos, se distinga la diferencia entre el gobierno de los príncipes legítimos y el injusto dominio de los tiranos, de la misma manera que se distingue entre los diversos colores. Hemos preferido imitar la autoridad de los sumos pontífices, quienes no decretaron destruir con la espada o el fuego a los autores paganos que por naturaleza carecen de ley, ni a los lascivos poetas defensores de las falsas religiones, sino que por el contrario permitieron conservarlos y ponerlos generosamente en manos de todos, en parte para que se revelen menos fieles a sí mismos, como sucede a menudo, en parte para que queden en evidencia más ampliamente como adversarios de la verdad, y en parte también para que ellos mismos y sus razones sean vencidos por las nuestras como mejor arma. A esto se añade que de tales documentos, igual que de la historia, quizá nuestros herederos y el pueblo puedan tomar algunos testimonios favorables a sus intereses, pues no hay libro por malo que sea que en ocasiones no pueda ser de alguna utilidad. Así pues, por estas razones declaramos que estos libros de actas deben ser conservados y quedar como testimonio, pero igualmente mandamos que sean separados como espurios de los verdaderos y que sean transmitidos a nuestros sucesores de generación en generación como indignos y culpables, denigrados con una cubierta negra y marcados con la *thita*, funesta letra griega con la que se acostumbraba señalar a los condenados a muerte. Así, cualquiera pueda tenerlos tantas y cuantas veces quiera, con nuestra previa aprobación y la de nuestros herederos y en presencia del jefe del archivo. Pero que de este modo sepa antes de leerlos que son ilegítimos, malvados, innobles y condenados y los tenga por tales, si quiere obedecer a su rey, tener la completa fidelidad que le debe y evitar nuestra ira y el castigo que merecería. En fe de lo cual mandamos hacer esta pragmática y validarla con nuestro signo y sello. Dada en Barcelona, el día 13 de noviembre del año de la natividad del Señor de mil cuatrocientos setenta y dos, año cuadragésimo segundo de nuestro reinado en Navarra y decimoquinto en nuestros otros reinos. Rey Juan.